



P. d. 38  
Cont

Th. hist. R. IV. 150. 762.

201.

24

# CHALDAICA

IN

DANIELE,  
ESRA,  
ONKELOSO,  
JONATHANE,

ET

JOSEPHO SAGGINAHOR,  
RESIDVIS BRVMÆ MENSIBVS  
JANVARIO, FEBRVARIO ET MARTIO  
ILLVSTRABIT

HERMANNVS von der Gardt.

---

HELMSTADII,

Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMII. Acad. Typogr.

ANNO MDCCXIV.

C. C.

26.



*Philologis Auditoribus,*  
Danielis & Esræ amicis!

**P**hilologia superiori anno, 1713. *secundo Reuchlini Jubilæo*, exercita egregie, exulta constanter, & roborata ac munita firmiter. Debemus hanc fortunæ lucem *Deo*, providenti, *Reuchlino*, pro his aris & focus ante geminum seculum, 1713. ad rogum usque Moguntinum fortiter dimicanti. Ingrati fuissetus futuri posteris, nisi *sanctam Reuchlini memoriam* studii & laboris æmulatione recoluissemus. Passus vir integerrimus dura, expertus aspera, animo præsentē, fronte exporrecta, Hochstrato & sodalibus veritate & doctrinæ robore superior. Jurisconsulto, magno Principum ministro, illustri viro, acceptum ferimus *Fontium sacrorum usum*. Fruimur hodie bonis ab illo partis. Grati hæc animi in nobis, feris posteris, tessera, *tueri* parta: *Quod non minoris est virtutis, quàm querere.*

Officii proinde nostri, mei vestrique, fuit, Reuchlini, Philologiæ sacræ fundatoris, præclarum negotium exequi sedulò, & præire posteris pari exemplo. Pro qua industria, vestra & mea, contigit *primis anni mensibus à Mose* ordiri, *cujus vetusti voluminis* partem non angustam, *primorum* quin-

*quindecim capitum, pro Philologica Exegeteos norma, ex anti-*  
*quitatum primordiis, historia & geographiæ scaturiginibus, il-*  
*lustrate sumus annisi. Primus omnium homo, mundi vita*  
*& mors, deploravit amare, Mose lacrymas miscente, poste-*  
*ritatis, & per orbem nostros Europæos, negligentiam & fo-*  
*cordiam, nedum imperitiam, quæ paludes hauriat præ fontibus,*  
*quæ versionibus & Commentariis inhiare malit, quam*  
*limpidos & salubres degustare fontes. Mose Esra & Nehe-*  
*mias accinuerunt, quando & ex illa sera ætate parva quæ-*  
*dam monumenta hebraica, psalmos primum, centesimum de-*  
*cesimum septimum, centesimum duodecesimum, centesimum vige-*  
*simum, centesimum trigessimum sextum, pro antiquitatis lumine,*  
*ex geographiæ & historiæ veteris apparatu, reddidimus clario-*  
*res. Subcisivis horis, impenso vestri studio, vernacula eti-*  
*am oratione, pro iusta libertate, extra muneris cancellos, pri-*  
*vatorum discursuum jure, lucem illis publice affundere alla-*  
*boravimus. Intelligent posteri, vestram Fontes cognoscen-*  
*di cupidinem, meam vobis & Fontium studiis interveniendi*  
*promptitudinem. Pervidebunt, non superfunctorias has*  
*nostras fuisse operas, sed ingenui pectoris, & vere per-*  
*tinacis ac infracti laboris, admodum duri.*

A festo Paschatis, per ætatis incrementa, pro audito-  
 riî novi exercitu, *per vetustæ illius linguæ fundamenta* cum cu-  
 ra excussimus, ut *cum Mose & Prophetis fari* discerent, non  
 temere & confuse, sed distincte, aperte, integre, & mascule;  
 Qui ore Mosis ac Prophetarum recte cognito, & linguæ  
 indole probe perspecta, *doctiores* tandem evaderent & *pe-*  
*ritiores versionum & Commentariorum auctoribus: Judices*  
 aliquando *horum* pro officiorum dignitate futuri.

Surgente augusto sole, antequam aliorum declinaret,

menſe Auguſto, *accentuum hebraicorum admirabilem modular-  
di virtutem*, pronounciationis præcæ, in Judaica Eccleſia  
& Synagoga veteri florentis, venerandam dignitatem, ex-  
plicitum, ſpero dilucide & luculenter ſatis. Et Reuchli-  
nus digito attigerat *accentus*: Quidni & nos utramque  
adhiberemus manum.

Idem fuit menſis coruſcus & fulgens, ſenſim vet-  
gens, quo affinem quodammodo orationi ac modulationi  
vivæ *muſicam*, veteris *Judaicæ rei argumentum* ſonorum,  
utile & præclarum, magno *antiquitatis Judaicæ* pretio, per  
omnia in veteri Teſtamento obvia, ingentis numeri, *instru-  
menta*, ſereno aëre, ut audirentur, excoluimus. Confido,  
potteros, ubi audierint, noſtro choro iri delectatum.

Hebrææ huic genti, eunte jam menſe Septembri, vi-  
debat eundem ad *Chaldaeos*, ad inviſendum *Danielem*,  
uti ſpem feceramus, quocum à feſto *Michaëlis per hyemem*  
verſandi locus eſſet. Sed, quia Reuchlinus ante hyemem,  
A. 1513. menſe Septembri *uſum Philologiæ* Moguntiaë de-  
monſtraverat ac vindicaverat, *pauci & nobis hoc menſe reli-  
qui dies*, ante iter in Babyloniam, cum Daniele & amicis,  
huc convertendi. *Instrumentum Muſicum* זלצל, quod nuper  
ſtiteramus, ſuaſit, non ultimis illis æſtatis diebus oriari,  
eſſi poſt tantos labores fas fuiſſet, ſed cum Reuchlino *adhuc  
impendere decenter*. Invitavit itaque nos *clara gens Æthiopum*  
זלצל, *Sitorum*, ad *libellum Eſaiæ* capite XIIIX. recenſendum,  
pro alio Philologico momento, ex *Geographia veteri*. Ut  
reſidui illi æſtate abeunte dies non perirent, ſed Reuch-  
lini contentioni conſecrarentur. Nec enim par & æquum  
erat, Philologici ſtudii autorem, virum exercitatum, nego-  
tioliſſimum, his diebus pro Fontium uſibus dimicaſſe, nos  
au-

autem otio lassescere. Præeuntem sequi oportebat æmula constantiâ.

Vix salutaveramus Esaiam, programmata præeunte, quando iter ad Danielem paulo longius suspendere iussit divina providentia, ad *Esaiam familiarius prius compellendum*, pro geographiæ luce accendenda. Voluit hoc divinum arbitrium, quando pro *Philologica Exegeteos jure*, loco unius istius capituli, *integri quatuor libelli Voluminis Esaiæ, argumenti vicinitate conjuncti*, integrius fuerunt recensendi. Ut exempla existerent usus Philologici, juxta interpretationis Philologiæ partes multas. Cui perutili sed & perdifficili operæ tribuit rerum successus, pro apto fati tenore, ultimos anni menses, brumæ exordium. Cessit adeo res ex *Superum voluntate in uberiorem Philologiæ usum & fructum*. Neque enim in manibus nostris res præclaræ positæ. Accipimus & admittimus, ut occulta regit, adornat, vel & imperat providentiâ. Neque temporum & studiorum vicissitudines atque incrementa, ex nostro pendent instituto, sed ex sublimiori nutu. Nec Reuchlinus, juris sane pelago merfus, ad dulces hebræos fontes peregrinos aperiendos accessit, nisi fati celsioris ductu. Salus publica operum mensura.

Quâ viâ nobis monstratâ, mense octobri Reuchlini jubileum celebravimus læti, & pro Geographiæ inprimis ac historiæ prisca splendore, libellum *Esaiæ capite XX*, recensuimus cum cura.

Mense Novembri, succedentes duas *Esaiæ orationes cap. XIX. & XVIIII*, pari fide, pro recta Exegeteos philologiæ mensura, enarravimus, antiquitatis iterum, historiæ & geographiæ documentis copiose demonstratis.

Pusillus denique, *trium versuum libellus*, immensi ponderis

deris, sublimis styli, cap. XVII. v. 14. 15, 16. cum Decembri  
finem erat impositurus longo labori.

Sed nondum in Chaldæam. Emolumentum publicum in *Geographiæ vetustæ campo* adhuc merito nos detinuit, pro detegendis *ignotis populis in oratione Sancheribi Esaiæ 36, 20. & 37, 12. 13.* Videbunt posterius & gaudebunt.

Neque adhucdum vel anni vel negotii terminus. Quamobrem proximum illud ad Danielem iter, inter eundem suavit *lustrare prius curate*, ultra commentantium sphaeram, *patriam Abrahami*, Commentatoribus nusquam visam. Sed & *duræ servitutis agros, in Jacobi exilio*, interpretibus intactos, pari patientia coluimus. Quin & *decem Israëlitarum tribus* extorres *in illas terras* sumus comitati, quas Judæi & christiani quæsierant, & inveniri posse desperant. Spectabunt & legent vestigia posterius, cum voluptate.

Necdum composita ad finem omnia. *Geographiæ veteris*, hæctenus neglectæ aut sepultæ *cultus*, aperuit & portas *urbium*, iusta & ampla ferie, unde in *Samariæ provincias, Israëlitis pulsus, ducti novi coloni*, barbari, inculti, feri, à Judæorum moribus alienissimi, 2. Reg. 17, 24. Esræ 4, 9. Sentiet fera ætas, & nostri seculi fortunam celebrabit.

Ultima denique hora d. 22. Dec. pro illustrandis aliis monstrosis apud *antiquos idololatriæ capitibus*, velum detrahit horridis *novorum in Samaria colonorum idolis*, 2. Reg. 17, 30. 31. commentatorum tormentis. Comparuit *Lybonensium ad Orontem simulacrum*, לויתן *delphinus*, marinus piscis grandis, סכות בכות, טַחֲסִין טַחֲסִין *cetus, delphinus*. Quem *leviathanem*, marinum monstrum, quando Judæi in prima Messiæ cœna iri mactatum pronunciant, novos illos Samariæ



riæ colonos, Lybonenses, Syros, delphini, marini piscis, cultores, idololatræ, ex Israëlitarum terris iri pulsum, interficiendos. Eorundem fuit *نَافِعٌ* *نَافِعٌ* gallina, cum pullis.

Adfuit *Cuthæorum*, ex valle Damascena, idolum, *נרנל*, *gallus*, *תרנגול*, *αλεκτρον*, *يَعْتَانُ* *أَبُو* *gallus gallinæus*. Quem *gallum* quoque quando Judæi in prima Messia cœna iri consumptum gaudent, significant, & *Cuthæos* illos, Damascenos, ex Israëlitico fundo iri ejectum, cæsos & truncatos.

Adstitit & *Chamatenfium*, *Heliopolitanorum*, quam colebant, *imago idololatrica*, *נשׂא*, *χίμαρ*, *hircus*, qui idololatris istis oleret recte & saperet.

Sed & visa *terriculamenta* *Ανυæorum*, *Abidensium*, *Aramæorum*, quæ adorarent stolidi; *נכח* *σκυλάκευμα*, *canis*, *σὼ*, *αἰων*, *βαύζων*, *canis latrans*: Et *תרתן* *ὄγκησῆς*, *ὄγκησῆς*, *asinus*, *ruditor*, *ἴε*, *ἴε*, *pullus asininus*. Latrantibus & rudentibus idololatris digna numina.

*Paradisenses*, Syros horruimus, ex primo nominis omine *שׁורפים*, *πυρροί*, *πυρροί*, *liberos suos cremantes* in honorem suorum idolorum: Quæ fugere, *מורסך*, *mulus*, *פרד*, *περδικὰς* *Φλεγματοίς*, *mulus rufus*; & *אנמלך*, *פרש*, *ἄννος* *Φλεγματοίς*, *equus rufus*. Sed & *פסיוני* *Φασιανὸς* *Phasianus*, & *תורסי* *πῆς* *παυο*.

Hæc in fanis illarum gentium *spectacula abominanda*, quæ adorarent supplices Samaritani miseri: *delphini*, *gallina*, *galli*, *hirci*, *canes*, *asini*, *muli*, *equi*, *phasiani* & *parvones*.

Non homines idololatræ, sed bruta & pecora, in bruto cultu. In quibus omnibus *originem fraudis* deteximus, cum  
fin-

singula essent *symbola suarum urbium*, pro *nominum analogia*, pro consuetudine illorum temporum per totum orbem.

Et hoc fuso detecto, *antiquitatis penetralibus patefactis*, cum anni sine tantisper sacris litavimus, donec jam ad *Danielem*, in *Babylonia* versantem, pateat aditus. Stamus promissis, ut fata sinunt, nec parcimus viribus, modo impleamus, quæ sumus polliciti; Quin spem superamus rerum copiâ & dignitate. *Brumæ medium plures adhuc menses Danieli indulget*, qui & *Efram* in eadem provincia adsciscet.

*Chaldaice* quoque different, ut intelligatis, celebres *Targumistæ*, vetustiores *Judæorum interpretes chaldaei*, Christianis & *Judæis* tantopere celebrati, ut tantum non autoritatem divinis parem illis conciliare vereantur, commentatorum numina. Ex *Onkeloso*, *Jonathane*, & *Josepho Sagginabor*, dabimus, si typi successerint, partes nobiles, ex *Mose*, *Prophetis* & *Psalms*. Nihil solidæ antiquitatis & justæ *Philologiæ* vos debet latere, ut ipsi olim oculis usuri non servi sitis commentariorum sed arbitri periti. Inicium faciemus *proximo die Martis*. P.P. in Acad. Julia A.

MDCCLXIV. d. Epiphaniæ.







AB: 153257




SR


V 178

R

V 177







B.I.G.

Farbkarte #13



24

AICA

LE,

OSO,  
IANE,

GINAHOR,  
E MENSIBVS  
IO ET MARTIO  
BIT  
on der Gardt.

DII,  
HAMMII. Acad. Typogr.  
CXIV.

26.

